

De extremo iudicio qđ nō timu-  
erunt aē.

**D**ñica quarta. wē iocūditatis.  
**Sermo. xxxiij.**

**E**xiiij a patre a veni in mū-  
dum. Johis. vi. Nota qđ  
tria sunt que hōiem a spe-  
cialiter pīncipes faciunt gēosos  
Prīmū ē magna pietas. Exēplū  
de rege alexādro magno. de quo  
dicitur in libro machabeoz. Qui  
erat largus a pi⁹ a diuīsit a dedit  
alijs qui eū petebant. Secundū ē  
magna nobilitas. Exēplū de il-  
lo quē misit ioab vt absolō filiū  
regis occideret. Respondit. Si ap-  
penderes mille argēteos in manu  
mea non mitterem manū in filiū  
regis ppter nobilitatē. Ecā. Beata  
ē terra cuius rex nobilis ē. Terciū  
um est sapia. Vnde legimus. R.  
iii. qđ vniuersa terra dēfiderauit vi-  
dere faciem regis vt audiret sapi-  
entiā eius. Hec tria fuerūt in ihe-  
su xpō dōmīno nō. Fuit sapiens  
Vnde apłas. In eo sunt recōditi  
oēs thesauri sapie. Fuit nobilis.  
qđ de corde paterno exiuit in vter-  
v̄ginis. Ideo fili⁹ altissimi vocabi-  
tur. ait angelus ad mariā. Fuit  
pius. qđ grām dīstrībuit oībus  
penitētib⁹. de pietate. de sapia. a  
de nobilitate cū cōmendat in hoc  
euāgelio. **Euāgelium.**

**O**rit ilhs discipulis suis Amen  
amē dīco vobis. r. vere. Si quīd pe-

tieritis pīem in noīe meo dabit  
vobis. Vsq̄ mō nō petistis quicq̄  
in noīe meo. petite a accipietis vi-  
delicet vt gaudiū v̄m plenum sit  
Hec in puerbijs r. obscuris v̄bis  
locutus sum vobis. venit hora cū  
iam nō in puerbijs loquar vob⁹  
sed palam de pīe meo annūciabo  
vobis. Illo die in noīe meo pete-  
tis a nō dico vobis qđ ego rogabo  
pīem meū pro vobis. Ipse em̄ pī  
amat vos qđ vos me amastis a cre-  
didistis qđ a deo exiui. Exiui a pīe  
a veni in mundū. itēz relinquo  
mundū r. vado ad pīem. Dicit ei  
discipuli. Ece nūc palam loq̄ris  
a puerbū nullum dicis. Nunc sci-  
mus qđ scis omīa a non est opus  
vt qđ te interroget. In hoc credi⁹  
qđ a deo existi. a sic patet sua pie-  
tas. Ibi petite a accipietis. sua sa-  
pia in hoc qđ dicit. Nunc scimus:  
qđ oīa scis. Sua nobilitas ibi. Exi-  
ui a patre a veni in mūdū. Nota qđ  
xp̄s exiuit a pīe q̄tuor modis ppter  
quatuor cās. Primo aliter exiuit  
a pīe: nō pedū gressu s̄ sic ros de  
celo in herbam ad dulcorandū  
Exiuit a pīe sic riuulus de fōte ad  
terrā humedandā. Exiuit a pīe  
tanq̄ verbū ab ore hōib⁹ predicā-  
dū. Exiuit a pīe sicut splendor a  
sole ad terrā illuīandā. Primo  
xp̄us exiuit a pīe sicut ros de celo  
in herbā ad dulcorandū. Vnde p-  
pheta p̄sa. diu ante exiū eius da-  
mauit dēfiderādō. Rorate celi de su-  
p̄. Ros em̄ h̄z q̄tuor p̄prietates hōs



Prima proprietates. quod sanat superfluos humores quod dicuntur naturales ingui. Si ros non caderet superflui humores tempe estiuale ascenderent et aerem inficerent: sed ros tempat. Ideo apotecarii vtuntur rore propter lepra. Huius legimus figuram in. Re. q. leprosi aliqui fuerunt expulsi: sed intra bant quod dicitur am casti et de nocte cecidit ros quo se lauabant et mundati sunt. Idem nos fuimus leprosi in anima propter peccata primorum parentum. Et ergo Christus exiit a patre velut ros de celo ut sanaret. Ait anima deuota in cantu. Caput plenum est rore: aciem plenum guttis. Secunda proprietates roris est quod refrigerat. unde illud tempus quo ros cadit in estate est frigidum de mane propter rorem. Ideo dicuntur naturales magistri quod in conchis marinis albis iuxta mare generantur margarite de rore mediante vento aquilonari. Ideo ait iob. Nonne ardore refrigerat ros. Et iste margarite valent contra caducum morbum quod dicuntur ymiones. Ita Christus exiit ut nos conseruaret a casu mortalis peccati. quia ros celi in ventre virginis velut alba concha factus est homo. Tercia proprietates roris. quod pascit unde oues libenter pascunt in montibus ubi ipse ros frequenter cadit. quod bene nutrit. unde in psalms. Sicut ros hermon qui descendit in montem syon. Et sic dicit propheta quod patres antique legis solebant oues de monte hermon offerre ac

immolare in monte syon. quod ibi erant pascua pulchra propter rorem celestem. Item quomodo ros hermon descendit in montem. requirere in secunda dominica post epiphaniam. Item pisces pascunt in aquis de rore celi ut videmus aperte aperunt os suum et capiunt rorem. Item pulli coruorum pascuntur de rore quod diu non habent migras plumas sicut dicitur in psalms. Qui dat iumentis escam ipso: et pullis coruorum inuocantibus eum. Exiit igitur ut nos pasceret Item cum rore cecidit manna patribus in deserto Ita exiit cum rore celi Christus: ut nos pasceret pane angelico. Vnde ait iohannis. Ego sum panis viuus qui de celo descendi Ergo exiit ut ros. Quarta proprietates roris est quod dulcorat. unde apes colligentes mel de floribus ubi ros cadit dulcius est. unde gregorius. Sicut apes in flore: ita Christus in casta mente. Et sic patet quod Christus a patre exiit velut ros de celo etc. Secundo Christus exiit a patre et venit in mundum: sicut riuulus a fonte ad terram irrigandam Videmus namque quod terra non potest facere fructum sine aqua. Ideo ait dauid. Anima mea sicut terra sine aqua. quod sicut terra non facit fructum sine aqua ita anima hominis non potuit facere fructum meritorium: nisi Christus exiret a patre et irrigaret animam suam misericordia et gratia. Huius legimus figuram quarto regum quod ariditas erat



in terra eo qd nō pluit in tribus an-  
nis et mensibus sex qd multi homines  
mortui sūt fame. **A**scendit helias  
in montem et adorauit sepius. et des-  
cendit inter de celo et irrigauit to-  
tam terram. **I**ta moraliter ante  
exitum xpristi ad mundū: terra  
et homo de terra erat aridus in ai-  
ma. **I**deo petiuit **psalms**. **R**orate  
celi desup: et nubes pluant iustū.  
aperiatur terra et germinet salua-  
torem. **S**ed sancti patres ab adā  
vsq ad noē. a noē vsq ad abra-  
hā. ab abrahā vsq ad moy sē. a  
moy sē vsq ad pphas. a pphetis vsq  
ad dauid. a dauid vsq ad xpm  
**E**t sic sepius orauit vt xpus mitte-  
ret pluuiam sup terram de celo g-  
tie sue et misericordie. et pater ex-  
au diuit eos et misit. **E**t sic xpus  
exiuit a patre et irrigauit mundū  
**V**nde ait in **psalmo**. **C**oncre-  
scat vt pluuiā doctrina mea vt ros flu-  
at eloquium meum. **E**t ideo ait **io-**  
**hannes in euangelio** **I**n die festi-  
uitatis magne stabat ihes⁹ et da-  
mabat. **S**i quis sitit: veniat et bi-  
bat: et de ventre eius fluent aque  
vive. **Q**uatuor riuuli sicut de fonte  
paradisi fluunt. **S**icut legimus in  
genes. **Q**uod de fonte paradisi fluunt  
quatuor flumina a d irrigandū:  
quatuor regiones. **V**nus p egip-  
tum. **A**lius p terram euilath. **T**er-  
cius p arabia. **Q**uartus p ethio-  
piam. **I**ta de xpristo tanq de fon-  
te paradisi secidi sancte ecclesie ex-  
eunt quatuor flumina sanctorū

euangelistarū m. f. **M**atthei. **L**uc.  
**M**arcia. **I**ohannis. **N**ā matheus  
dicit de xpi humilitate. **I**ohānes  
de xpi deitate. **L**ucas xpristū p  
nobis immolatu. **M**arcus dicit  
xpm nos a mortuis resuscitasse  
**I**deo ista quatuor flumina de fonte  
paradisi xpi quatuor euāgelista et  
irrigauerūt totam terrā. **I**deo exi-  
uit a pte in mundū sicut riuulus  
a fonte ad terrā irrigandā. **T**er-  
cio exiuit xps in mundū sicut ver-  
bū ab ore hominis predicandum.  
**V**nde ait **plha**. **M**isit vbum suū  
et sanauit eos de interitu eo. **x**ps  
enī p suam predicationē multos  
eripuit de interitu eterne damna-  
tionis. **S**ua predicatio verbi fuit  
verbum patris. sicut qn aliquis  
mittit nunciū vt magnus prin-  
ceps: tunc illud verbū qd nunci⁹  
loquit non ē nunci⁹: s⁹ pncipis q  
misit illū. ita verbum predicationis  
xpi. **V**nā ait in **euangelio** **M**ea do-  
ctrina nō ē mea: sed eius q misit  
me pīs. de cuius ore predicauit vo-  
bis regnum celorum. **V**nde son⁹  
verbi xpristi est quasi sonus leo-  
nis rugientis: ppter peccatorum  
conuersionem. **V**nde **iohānes in**  
**apocalypsi quarto** **V**idi inquit io-  
hannes verbum pīs quasi ange-  
lum fortem descendentem de celo a  
mictum nube. et iris in capite. pe-  
des eius velut columna ignis. et  
dext⁹ pedē posuit sup mae sinist⁹  
sup terram. et damauit quemad-  
modū leo cū rugit: et ad vocē eius



sunt congregare omnes creaturas  
 Ita moraliter verbum patris est  
 christus qui exiit de paternavoluntate  
 quasi angelus magni consilij fortis et  
 potens est. **Isayas** Ipse angelus magni  
 consilij fortis et potens dominus potens in  
 prelio. **Amicus** nubes et carne alba de  
 purissima virgine sumpta. **Isayas**  
 Ascendit dominus super nubes et  
 candelam. **Isayas** In capite in signum  
 reformationis humane: ut patet  
 in **genesis**. Ponam arcum meum  
 in nubibus celi ut sit signum fidei  
 vis inter me et inter terram. **Pete** s  
 eius vel crura velut columine ignis.  
 quod columine sustentant domum vel  
 edificium. Item predicatio verbi  
 dei edificium sancte ecclesie suste  
 tat dextrum pedem supra mare et  
 penitentes quos reduxit in amal  
 tudine contritionis: ut ait **ysayas**  
**as**. Velut mare contritio tua. **Sed**  
 finistram super terram. **Hic** sunt frigi  
 di in devotione: et indurati in qua  
 bus non facit fructum. **Clamat**  
 leo cum rugitu. **Dicit** enim **ysidorus**  
 quod leo cum viderit suos paruulos  
 mortuos clamat rugiendo tres die  
 es et per clamorem surgunt filii: pueri  
 Ita christus leo de tribu iuda da  
 mauit bimavice: sed cum clamorem  
 tertium fecit omnes resurgunt.  
**Primum** clamorem fecit in predi  
 catione ubi clamavit in **euangelio**  
**luce**. Ois arbor que non facit fructum  
 bonum excidetur: et in ignem mit  
 tetur. **Secundum** clamorem fecit in

cruce. ut dicit **euangelista**. **Vocem**  
 magna clamavit et emisit spiritum  
**Tercio** clamabit in iudicio futuro  
 et omnes resurgemus. **Et** sic patet  
 quod christus exiit a patre velut ver  
 bum ab ore nobis predicando.  
**Quarto** christus exiit a patre si  
 cut splendor a sole ad terram illu  
 minandam. **Videmus** pre oculis  
 quando sol retinet suum splendo  
 rem ita quod non tangit terram: tunc  
 aer obscuratur. terra in frigidatur.  
 vie erunt lubricae. dies tenebrofi.  
 tempestas dominatur et inde venit  
 hyemps. **Ideo** omne tempus quod  
 erat ante christi exitum a patre in  
 mundum fuit quasi hyems propter  
 quatuor causas. **Primo** propter via  
 rum lubricationem ita quod fuit lubri  
 ca. quod anime ambulabant ad lim  
 bum. **Vnde** ait in **psalmo**. Fiant  
 vie eorum lubricae et tenebre. **Secun**  
 do propter frigiditatem. **Nam** terra  
 restringitur gelu quod arbores nec  
 terra possunt fructum producere  
**Iob** vltio. **Posti** de cuius ventre  
 eriet glacies et hyems. **Tercio**  
 propter tempestuositatem aeris  
**Iob**. Exterioribus egreditur tem  
 pestas. **Quarto** propter operandi  
 difficultatem. **Homo** modicum po  
 test aliquid boni operari. **Ecclesia**  
**sti**. Qui colligit lapides in hyeme  
 quasi qui edificat domum suam de  
 impensis alienis. Ita spiritualiter  
 hyems erat ante christi exitum  
 in mundum propter lubricitatem  
 vie. quod nullus ita sanctus fuit quin



oportet ipsum post mortem viam  
ambulare ad limbum. Item propter  
tempestuositatem diuine ire propter  
peccatum: ita quod multi sunt submi-  
si. Item propter operandi difficultatem  
quod nulla opera erant meritoria.  
Item propter frigiditatem dilectionis  
diuine homo erat frigidus ad di-  
ligendum. Sed venit Christus a pater-  
tanquam splendor a sole: qui habet  
viam mundificationis et nobis demon-  
strare ad eternam vitam. Item  
opera nostra meritoria facere. Item  
tempestatem sedare. Item terram  
inflammare. Et splendor a sole ex-  
iens producit estatem. quod omne tem-  
pus ab illo exitu Christi est quasi  
estas producens flores virtutum.  
Hoc considerauit anima beata di-  
cens in canti. Jam enim hyems transiit.  
inter abiit et recessit flores in  
terra nostra apparuerunt. Et hoc propter  
splendorem diuine illuminationis quod  
exiuit a patre. Ergo ad thema Ex-  
iui a patre et veni in mundum.

In diebus rogationum.

Sermo. xxxiiij.

**P**etite et dabitur vobis. Lu-  
ca. xvi. Nos videmus quan-  
do aliquis homo multum  
esurit et non habet cibum: et non habet  
etiam unde debet vivere. quod ait ba-  
uid. Pater cor hominis confirmat.  
et qui tunc daret sibi unum panem.

plus ipsum letificaret quam tempore  
abundantie daret sibi totam do-  
mum. Et specialiter quando talis  
habet paruulos vel eius amicus  
venit et nichil habet: tunc homo  
tribulatur magis propter amicum  
vel paruulos quam de seipso. Idem ait  
Iheremias. puuli petierunt panem et  
non erat qui frangeret eis. Ita  
spiritualiter Christus habet in hoc  
mundo multos paruulos et homi-  
nes fideles in ipsum credentes: et  
specialiter pauperes sunt paruuli  
Christi. quoniam ipsorum est regnum  
celorum. et qui illis hic subuenit  
tanquam filiis et amicis Christi et quicquid  
eis fecerit: Christo in propria per-  
sona facit. Unde ipse ait math.  
Quodcumque ex minimis meis fecistis:  
michi fecistis. Mittit ergo eos ad  
petendum. Et qui eis hic subue-  
nit in modico in presentia vita ma-  
gis letificat et propriam animam: quam  
post hanc vitam vel tempore mor-  
tis: vel post mortem daret pro Christo  
totam domum. Et ideo ait in vobis  
thematis. Petite et accipietis: ut  
qui subuenit proximo propter deum  
quicquid petit pro salute anime  
sue impetrabit. et hoc patet in euange-  
lio hodierno Euangelium.

**O**ritur Iesus discipulis suis pa-  
rabolam hanc. Quis vestrum  
habet amicum: et venit ad illum  
in nocte et dicit. Amice bone surge  
et accommoda michi tres panes  
quod amicus meus venit: et non ha-  
bet quod ponam ante illum. Et de